e-codices

V enunt. neque quod dubitem neq; quod timeam meo in pectore
C onditumſt conſilium. nam ea ſtultitia eſt facinuſ magnum
T imido cordi credere nam omnes res perinde ſunt
V t agas: ut eaſ magnifacias nam ego in meo pectore prius ita
P araui copias duplicis triplicis dolos perfidias ut ubicūq;
C um hoſtibuſ congrediar malorum meorum fretus uirtute
D icam me induſtria & malitia fraudulenti facile ut uincam
F acile ut ſpoliem meoſ perduellis meis perfidijs
N unc inimicum ego hunc cōmunem meum atq; uoſtrum oīum
B allionem ex balliſtabo lepide. date operam modo
H oc ego oppidum admoenire ut hoc die capiatᷣ uolo
A tque ut hoc meaſ legiones adducam ſi hoc expugno
F acilem ego hanc rem meiſ ciuib; faciam
P oſt ad oppidum hoc uetus continuo mecum exercitum
P rotinus abducam. inde me et ſimul participeſ omnes
M eoſ preda onerabo. atq: opplebo metum & fugam
P erduellibus meis eſſe me ut ſciant natum
Q uo ſum genere gnatus: magna me facinora decet efficere
Q ue poſt me clara & diu clueant. ſ; hunc quem uideo qſ
H ic eſt qui oculis meiſ obuiam ignorabilis obijcitᷣ licet ſcire
Q uid hic uelit cum machera et huc quam rem agat. hinc dabo inſidias

HARPAX. CACVLA. PSEVDOLVS. S.

H I loci ſunt atque hę regiones q̄ mihi ab hero ſt̄ demonſtratę
V t ego oculis rationem capio quam m̄ ita dixit herus meus mileſ
S eptimas eſſe ędis a porta. ū ille habitat leno cui iuſſit
S imbolum me ferre et hoc argentum: nimis velim
C ertum quid me faciat. Ballion leno ū hic hitat
Pſe. H em tace tace meus eſt hic homo ni omneſ di atq; hoīeſ
D eſerunt. nouo conſilio nunc mihi opus eſt. noua reſ ſubito
M ihi hęc obiecta ē. hoc preuortarᷣ principio. illa omnia miſſa
H abeo quę ante agere occepi. iam pol ego hunc ſtratioticum
N untium aduenientem probe percutiam. Har. hoſtium pultabo
A tque intus euocabo aliquem foras. Pſe. Quiſqſ es compendium
E go te facere pultandi uolo Nam ego precator & patronus
F oribus proceſſi foras. Har. tu ne eſto ballio. Pſe. immo uō
E go eius ſum ſuballio. Har. quid iſtuc ūbi ē. Pſe. ſuppromus

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20176v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20176v)